

Ihs

dominica

in octava

pasche tit

14 III



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN;
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

De 7^a

T.
II.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
IX.
X.
XI.
XII.
XIII.
XIV.
XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
XIX.
XX.



Epithalamia

IN HONOREM
CONIUGII

ORNATISS. DO-
CTISS. QVE IUVENIS Dn
ANDREAE, LL. CANDIDA-
ti, integerrimi prudentissimique viri,
Dn, Andreæ Orlaubij, Reipubl.
Bernburg. Camerarij, F.

SPONSI:

Et

PVDICISS. MODESTISSI-
MAEQ. VIRGINIS MARIAE,
honestiss. ac prudentiss. viri, Dn. Da-
nielis Hetzleri, eiusdem Reipubl.
Camerarij, &c. F.

Sponsæ,

Cuius festivitas Bernburgi pridie Kal,
VIIIbris celebrata est,

Faustæ felicisque appreciationis
causa scripta ab amicis.



SERVESTAE,
Anno Christi M DC. V.



PRECES PRO FELI- CI CONIVGIO.



Lim scribebam de laudibus usq̄ novorum
(novis:

Sponsorum, Sponsis carmina grata
Admirabar enim laudes dotescq̄ juventa,

Qua laudis cupida est, ac studiosa sua est:
Sed nunc pro vita dulciq̄ salute novorum

Sponsorum, IOVAE vota precesq̄ fero.
Sape etenim aeterna vita spem caeca juventus

Nescit, & irridet regna futura poli.
Caste Deus: casti thalami protector & autor, 1.

Qui rata castorum vota precesq̄ facis:
Hac nova presenti connubia numine firma,
Et juvenes Sponsos sub tua jura trahes,
Ut tibi dent primos, tibi qui debentur honores,
Teq̄ colant vera Religione DEVM.

Ipsae vagis flammis metā, certamq̄ medelam 2.
Sanxisti: socij: vincula pudica thori:
Dirige presenti castos spiramine nisus,
Atq̄ fave tædis pro bonitate novis:

A 2

Vt

Ut de coniugio nascentur pignora casto,
Quot pater ipse optat, mater & ipsa cupit.
Sponse tua presta vita solatia Sponse, 3
Imperiumq; viri castus ubiq; tene.
Sponsa tuum Sponsum redames, ac pectore forti
Si qua ferenda feras si qua perenda petas.
Sic memores sortis, lethi, vitæq; futura,
Commissum facient munus uterque suum.

M. Gregorius Forvercius ad
D. N. pastora.

ALIVD.

Elix, cui Iova contingit munere conjux,
Cui prima est Pietas, altera cura Pudor.
Obtigit huic inter dotes dos optima mundi,
Haurit & hic veri gaudia vera Dei.
Qualis, Sponse, tibi, Christo duce & auspice, cedit,
Clara loco, donis aucta, pudore gravis.
Bis genitum primis Dominum cognovit ab annis:
Virginis est virtus maxima, nosse DEVM.
Lanifica varias edocta est Palladis artes:
Ocia virgo fugit, qua studet esse proba.
Certatim tribuunt Sponse sua munera Divæ,
Iuno, Venus, Pallas, Suada, triplexq; Charis:
Iuno

Iuno domus curam; formam Venus aureas; Pallas
Ingenium; lingua Suada Charisq; decus,
Sed suaves Pietas mores regit actaq; vita:
Vitaq; est Pietas regula, caussa DEVS.
Ambit hanc creber procus haud caelestibus equiss
Excidit hac creber virgine speq; procus.
Fatum conciliat, fatum quoq; solvit amores:
Quaq; venit Fato copula, fausta venit.
Ergo, Pieridum cultor, cultorq; Themistos,
Sponse, tibi fato Sponsa favente datur.
Te sacer amplexus teneris est Phoebus ab annis:
Te Musa studiis erudiere suis.
Te Sala, teq; Albis, te Vistula, teq; Visurgis,
Videre ingenua ponere in arte dies.
Te Themis edocuit, vitam que dirigit, artem:
Euepieq; tibi labra diserta regit,
Sed tibi praecipue sunt sacra volumina cordi:
Hac cura requies, hac medicina tua,
Sole carens mundus domus exstat nescia tede:
Non vitam solum ducere velle bonum est.
Iova refert, Non esse bonum consorte carere:
Esse bonum absque toro vivere, Papa refert.
Quis furor est Iova placidis opponere Legem!
Quisquis es, hinc Latium disce caveq; Lupum.

A 3

Ergo



Ergo legis, Legum cultor, tibi lege puellam,
Qui binos unâ vivere carne jubet.
Est schola conjugium, qua tradit digna relatu
Plurima; nam lucis docta crucisque schola est.
Disces hic, nullo qua cernes Codice scripta:
Virtuti thalamus certa palastra datur.
Quid pietas, Et amor, pudor, ac patientia poscât,
Non patet, in thalami ni patet usq; statu.
Conjugium castam mentem docet esse Iehovam,
Tartareaq; alium colluvione domus.
Conjugium vita generum fons exstat amœnus,
Ne pecundum cœcus more vagetur amor.
Conjugium Christi typus est, sanctæq; cohortis,
Quam Sposam Sponsus Christus amore colit.
Conjugium vetitas expellit pectore flammâs,
Et gravibus curis grata medela venit.
Sape Cupidineis patet innuba vita sagittis:
Sape scelus cœlebs non leve vita patrat.
Plena malis tellus mareq; est: medicina malorum
Nulla, nisi in verbo, conjugiiq; statu, est.
Iure eigò es, juris cultor, jus turpe perosus,
Quod latia dictat Eui, Latio, Mœchus humo.
Et nos jure damus oratantia carmina vobis,
Quos hac luce sacro fœdere jungit Hymen.

Sic

Sic MARIAE puros ORL Aubius hauriat ignes,
Hinnulus ut caprea mollis amore flagrat.
Vt linguam tollunt Iunoni sacra parantes:
Sic absit thalamo fabula lisq; pio.
Cunctaq; felici fundat bona c; pia cornu,
Fataq; dent Pylii vincere sacla senis,
Plura rogaturo vellit mihi Cynthius aurem:
Rectorum generi fata DEV Sq; fauent.
Tu bona, qua Sponsis recipit Iessejus opta:
Optio non poterit plenior esse tua.

Υ Α Λ Μ Ο Σ Ρ Κ Η.

⊖ Νητός τρίς αἰήρ ἑτεράκις μάκαρ,
Ὅσπερ φοβῆται κύριον εὐσεβῶς,
Τὸ δ' ἐν τρίβοις αἰὶ δικαίως
εὐλαβέεσσι φρεσὶν βαδίζει.
Μόχθους ἀόκνω σ' ἄφαγεσσι χερῶν,
ζωὴν δ' ἔξεις τερπνοτάτῃ αἰεὶ.
Πάνοι βῶσις, θεῶν δίδονται,
Σοὶ τε θεοῖς τε καλῶς ἔσται.
Ὡς κλῆμα καρπῶ ποικίλον ὄνοπι,
εὐθνήτα κλιτεσὶν ἄμπελῶ
εἰν οἰκίας καλοῖς θαλάσσης,
φιλτάτη ἢ σ' αἰοίτις ἔσται.
Σοῦ τέκα, πάντων φιλτάτα σώματα,
βλαστῆντα, ὡς βλαστῆματα πύων
καλλις ἐλαφῶν, συμφρονέουσι
κύκλω αἰὶ ἔσται τεραπέζης.

ἰδοῦ,

Ἰδοῦ, ὀτιμῶν καρδίᾳ εὐσεβεῖ
Μῆνον τὸ θεῶν τὸ τελευπέστατον,
Ἐν πάσῃ οὕτως ζωῇ ἀγνῆ.
Εὐλογίαν θεῶν εὐλογεῖται.
Ἐκ δὲ Σιών ὁ λαμπροτάτος ὄρεος,
Δατῆρ ἀπάντων τῶν κτεάνων θεός.
Σε, νυμφί' ἠδὲ νύμφη ἀγνή.
Ἐν βίῳ ὅλῳ εὐλογήσῃ.
Καὶ εὐφρόνεσι φρεσὶ ἑορμασίν,
ἔχων βεβαύως τὸν βίον ὄλβιον,
Τὰς ἡμέρας ζωῆς ἀπάσας,
Τῶν Σολύμων σύϊδοις τὰ ἐσθλά.
ἦς τε ἡῶν, ἠδέ σε ἡέων
οὐ ἐκγεγῶτας καρδίαι ἔφρονι
βλέψοις, ἑ εἰρήνην σεβασῆ
ἠσιχίλουτε δ' Ἰσραήλ.

à M. Iohanne Fertschio Scholæ
Bernburg. Rectore.

A L I V D.



*Conjugium sine lite precari, moris, hono-
ris,
Amoris est, amice candide, Andrea,
Et res digna, torus, voto, sine nube: sed esse
Cui tam beato nunc licet mortalium,
Experte irarum thalamo potiatur ut omni
Ex parte, quemq; dura non fors iactitet!*

Aequo

Aequo pulsat Eris pede Crassi divitis arces,
Iriq; pauperis casam de cespite
Congestam, variiq; rotant connubia semper
Casus, quid? ictus saepe fulminis tremunt.
Non ergo omnino placidum prae dico cubile,
Est rara avis cygno nigro simillima.
Intererunt ira Mariamq; Orlaubium & in'er,
Sed amantium ira amoris integratio.
Vestraq; nubiferum capient hymenaea tecta
Corum, sed, ut verbum vetus, post nubila
Et Phœbe & Phœbus sit gratior, omne, ferendo
Leve fit, malum: nocere qua solent, docent.
Omnes ergo animum ad casus, o Sponse, parato
Nam tela qua praevisa sunt, minus valent.
Da VENIAM Maria, fuerit si, ut nume, amata,
Veniã, virago tu, viro recte utere.
Siq; precum socii fueritis, ut ambo laborum,
Vnius, ut socii, tori, socii & opum:
Sic sine lite torus, sine nube, & fulmine vester
Futurus est eritq; partem maximam.
Quid sed ego hoc moneo? Pietas tibi dicitur illa,
Themisq; cordi qua tibi sunt unice.
Vos facite oro BONI bene, moris, amoris, honoris
Ergo, suo quod Pythia Damon facit.

Christophorus Ludovicus
B ALIVD

Aliud eiusdem.

Non est in medico, Orlaubi, releveris ut æger
Næ medicamen erit sola Maria tuum!
Nec mirum; dulci sapienter miscet amarum:
Dulcia sola nocent; sola & amara nocent.
Pharmacum hoc meritò digno dignaris amore:
Dextera quod Iovæ præparat ipsa tibi.
Legitimè hoc sacra tibi Mystes tradit in æde,
Hoc & ut utaris suadet uterque parens.
Non exotica sed medicina domestica, qualem
Patria fert tellus, nascitur atque domi.
Morbis hæc nostris magis apta, magisque salubris,
Corporibus, stomachum quæ peregrina movent.
Non hanc criminibus lævæ infecere novet æ
Blanditijs que suis non violare proci.
Utere quæsitis rectè, maior, mihi crede,
Nam virtus his, quam quærere, ritè fuit.

A L I V D.

Hic quoque debetur verbo reverentia Iovæ
Maxima: Crescēdo multiplicer is homo.
Hoc animo tecum volvens, doctissime
Sponse,
Hac nunc exsequeris iussa verenda Dei.
Nam tecum thalamo pateris coniungier illam,
Quam tibi præ reliquis perplacuisse patet.
Nata piis genitoribus hæc, pia & ipsa, tibiq; est
Dante Deo, sobolem mox genitura piam.
Ergò

Ergò tibi gratans, aliud, nisi fundere vota
Non valeo; hisce sinat pondus inesse DEVS,
Caste Deus, casto hos Sponsos qui iungis amore,
Fac longum hic felix sit maneatq; totus.

Henningus Mejer Bernburg.
Scholæ patriæ Contr.

ALIVD.



Vis non coniugium merito dignetur honore?
Quis spernat casti socialia foedera lecti?
Nam Deus instituit thalamum tædasq; iugales,
Atq; HEVAM primus stabili conjunxit ADAMO
Connubio, salvis rebus, propriamque dicavit.

Ipsa Dei soboles coelestia regna relinquens,
Vincula conjugui nunquam violanda probavit,
Ex lymphis faciens generosi munera Bacchi.
Insuper, has, Deus omnipotens dedit ore loquelas:
Crescite, multiplices vestrum consumite tempus,
Multa torusque ferat foecundus pignora vobis.
Sic quoque mandatum dedit hoc generale Corinthe
Paulus Tarsensis, cui laus nomenque manebunt:
Vir teneat, vetitos magis ut compescat amores,
Quis que tori sociam, sic foemina quæque maritum.
Est etenim melius sociali foedere jungi,
Quam flammis flagrare tu s malefane Cupido,
Hinc verè apparet, divino jure, nec ullo
Poffe alio, thalami damnari foedera sancti.

Ergo Deo præstas, ORLAVBI maxime, gratum,
Ex multis jungens casto tibi foedere Nympham;
Scilicet HETZLERI præstanti corpore gnatam;
Quæ pietate valet, quæ novit fidere Christo.

B 2

Quæ

Quæ certè est donum flavo præstantius auro.
Talia dona piis cœlestia Numina donant,
Nilque fovet melius tellus, nil lumina Phœbi,
Carius inspiciunt pietatem uxore colente.
Hæc est læticiæ comes, hæc medicina doloris;
Hæc constans socia est, hæc spes non vana mariti:
Hæcque senectutis firmum solamen anhelæ:
Opto hinc, conjugium cedat tibi pectore toto,
Felix, & cœptis, Sponse ô doctissime, grator.
Sit tibi lenimen requiesque MARIA laborum,
Mille voluptates detque illa jocos tibi mille,
Pectora vestra DEVS vinculis adamante paratis
Vinciat, ut nunquam possint dirumpier illa,
Quæque fides animos vestros sociavit amore,
Hæc liget æterno quoque pectora foedere vestra.
Rixa, querela, doli, lites, maledicta, minæque
Absint à thalamis vestris, sed gaudia vobis
Adsint, una fides, constantia, & una voluntas.

Nunc optatam, ORLAVBE, tuam complectere amore,
Quæ tibi, Sponse, MARIA favet, gaudetque vicissim
Teque tuoque frui firmo constanter amore,
Vivite felices, felices gignite natos:
ORLOBIDES facient qui terque paterque celebres:

*Moris, amoris & honoris ergo
scriptum à Iohanne Splithtio
Hoimensi Anhaltino.*

F I N I S.

Wk 1236.

oo

f




ULB Halle 3
 002 819 279

an 31 nur verknüpft JA → OL
 f1-5 # 40 Stück
 f23

VD 17 Me





XLIII.

Epithalamia

IN HONOREM
CONIUGII

ORNATISS. DO-
CTISS. QVE IUVENIS Dn
ANDREAE, LL. CANDIDA-
ti, integerrimi prudentissimique viri,
Dn. Andreæ Orlaubij, Reipubl.
Bernburg. Camerarij, F.

SPONSI:

Et

PVDICISS. MODESTISSI-
MAE Q. VIRGINIS MARIAE,
honestiss. ac prudentiss. viri, Dn. Da-
nielis Hetzleri, eiusdem Reipubl.
Camerarij, &c. F.

Sponsæ,

Cuius festivitas Bernburgi pridie Kal,
VIIIbris celebrata est,

Faustæ felicisque apprecationis
causa scripta ab amicis.



SERVESTAE,
Anno Christi M. DC. V.